

05

A

2222





Q. D. B. V.

JURA LEGITIMATIONUM

EX IN DULGENTIA

MAGNIFICI *F*CTORUM ORDINIS
PRÆSIDE

DN. FRANCISCO HENR. HÖLTICH,

JURIUM DOCTORE ET ADVOCATO
CONSISTORIALI


publicæ discussioni sistit

AUTHOR-RESP.

GOTHFREDUS HORNIG,

BRIGA-SILESIUS.

A. D. XXVIII. AUGUST. M. DC. LXXII.



WITTEBERGÆ,

Literis MICHAELIS METERI,

O. D. R. N.

HERA LEGIT
MATIONUM

EX INDU GENTIA

Magistrus Victorinus Ordinarius
PRESIDE

DR. FR. AUGUSTUS HORNIG

ADVOCATO



GOTTFREDUS HORNIG

BRIGA SILESIS

Handwritten signature and date: 1850

WITTEBERG

MICHAELIS METEER



264



F.

POSITIO I.

Reipublicæ Romanæ unica ferè de numero Civium sollicitudo erat ex fine suo armato: Quippe quod militaris fama hoc maxime robore constat Cujac. *in Tit. C. d. indict. vid. & L. Julia Miscell. tollend.* Non una inde in orbos pœna ex L. Papia Poppæa & aliis *vid. ANTON. AUGUSTIN. lib. de L. fol. in. & Dd. in tit. C. de infirm. pœn. calib.* Nuptiarum autem & procreandæ sobolis varia beneficiorum & immunitatum irritamenta legimus *Dd. communiter in princ. Instit. de Excus. Tut. Et M. Vertranius toto decursu de Jur. liberor.* Ut nihilominus conjunctio omnis fieret legitima *ad requisita princ. Instit. de Nupt.* Cum ex nefasto coitu vix proba & commoda speretur soboles, quæ multo cæcis magnorum sæpè malorum causa extitit & incentivum. Atque adeò adversus ea quæ diximus si qui coirent nec vir nec uxor, nec matrimonium; nec dos intelligebatur, nec liberi prognati in potestate, quod illegitimi non merebantur beneficium Legis in quam commississent. *§. 12. Instit. de Nupt.*

A 2

II, Con-



II.

Concubinatus ex hinc quamvis conjunctio esset Legibus permisa & quæ per LL. nomen assumsit *l. 3. §. 1. de Concub.* nec potuit tamen eisdem cum nuptiis effectu sortiri; qui erat potissimus ut faceret liberos legitimos & sub Potestate *§. 1. de Patr. Pot.* Quia tamen Civibus Romanis longè commodius accidebat habere concubinam quam uxorem, quæ Materfamilias magno cum splendore erat exhibenda quod discimus ex Antiquariis *ad. HOTO M. lib. sing. Obs. quæ ad veteres nupt. ritus pertinent* PETRUM PITHOËUM *not. in collat. LL. Mosaic. & Rom. ad Tit. 16. fol. 139.* unde frequentabatur maximè concubinatus: ut jure sic merito providentia huc digressa Romanarum sit LL. quomodo ex silentiariis his etiam cohabitationibus natos intra Cives numerare liceret, multo cum incremento urbis simul ac cæterarum Civitatum per Provincias vid. *l. 3. in fin. C. de Nat. Lib.* Quod ipsum eveniebat ita ex LEGITIMATIONUM usu atq; arbitrato; De quibus pro ingenii modulo paucula dispicere animus est ulterior; Sed festinabundus, quem deprecor.

III.

A Descriptione rei exordiar ejusdem declarationem. Est autem Legitimitatio nihil aliud quam remotio impedimenti Juris Civilis per quod nuptiæ & Patria Potestas sunt introductæ, per quàm illegitimè nati ad jura primæva naturæ restituuntur per quæ omnes indifferenter nascebantur ex commixtione maris & faminx DOMINIC. CARDIN. THUSCUS, *Pract. Conclus. 215. lit. L.* Breviter, Est actus

actus legitimus quo Liberos Naturales posthac legitimos &
in potestate nostrâ efficitur. Actum dixi ad præscriptum
*L. 19. d. V. S. ad quam vid. post GOEDDEUM, JACOBUM RIGOS &
MALLOSco in Comment. b.* Legitimum ideò quia debet o-
perari in lege, quod non fit absq; Legis assistentiâ: Quam
spargit vel ad hominem, vel exerit in modo rei: uno ver-
bo, in omnibus ejus causis. Regula enim ordinaria juris
est, quod quæ fiunt contra juris præscriptum in jure non
operantur seu ipso jure nulla sunt *L. 5. C. de LL.*

IV.

Ergò tantum Civibus Romanis jus fasq; est legiti-
mandi liberos suos, quibus solis est facultas in jure versan-
di intra Civitatem R. non etiam peregrinis, qui præterea
non possunt habere liberos in potestate §. 2. *Instit. d. P. P.*
Ubi Patriæ potestatis jus proprium dicitur Civium R. Non
à priori quasi id Romanis demum fuerit inventum, aliis v-
gentibus incognitum, quod est contra historiam; Sed sal-
tem à posteriori & quod non præstat usum nisi inter Cives
Romanos. Quemadmodum multa alia Juris Civ. di-
cuntur e. g. Nuptiæ, donatio, tutela, testamentum: quo-
rum tamen usum communem homo sanus denegare
gentibus etiam aliis non possit: jam *contra §. ult. de Attil.
Tut. & §. 1. in fin. de Donat. add. BACHOV. ad §. 1. de Tutel.
p. 155. D. BRANDMYLLER ad Instit. Diss. 3. th. 15.*

V.

Objectum feci Liberos Naturales. Quorum non
unam rationem esse discimus *ex l. 17. §. 4. ad Trebell. Un-*
de

265.

Deliberi naturales opponuntur adoptivis *princ. de Adopt.*
qui sunt ipsimet ex justo matrimonio nati. *latisime c. J. A.*
sub. lit. A. Tit. de Concup. d. 7. Sed nobis naturales hic dicuntur
qui non sunt nati ex justo matrimonio *arg. Rubr. c. de*
Nat. Lib. & in specie, quoad Patrem saltem ex concubinâ
suscepti qui naturali vicio non laborantes in naturâ tantum
cogniti sunt non etiam in lege, arg. § ult. de Nupt. Gl. in
L. penult. de Concup. add. CUFAC, in paratit. ibid. ZOESIUM
ad c. de Nat. Lib. princ. fol. 418. BICC. in Nucl. Coll. Arg. l.
25. Tit. 7. eb. 7. Dn. TABOR Partit. Element. part. 1. §. 18. Hi
enim soli legitimari possunt: Nec tamen nisi volentes.
Inviti enim filii vel naturales vel emancipati non redigun-
tur in potestatem *l. ult. de his qui Sui Nov. 89. c. 18. HUG.*
DONELL. Comment. Jur. Civ. lib. 2. c. 21. in princ. ZOESIUS ad
ff. de Concup. n. 18. ubi tamen sufficere facit tacitum con-
sensum qui colligatur ex silentio ut sic infans quoq; legiti-
mari possit quatenus tamen rem ratam habet major factus
FORST. de Success. lib. 6. c. 33. n. 2. seqq. add. DEC. Cons. 55. vol. 1.
& latissime in Ampliat. & Restrictionib. suis regulam perse-
quitur THUSCUS conclus. 223. Legitimatio absentis & infan-
tis fieri non potest & quando secus. Quod fit notabiliter
in legit. per Subsequens matrimonium ZOESIUS d. l. n. 9.
Ad do ob interesse publicum & favorem matrimonii legi-
timationem per Subseq. Matr. contingere invito etiam
patre *BRUNNEM. ad L. ult. ff. de his qui sui n. 2. & n. 3. in Cal.*
de invitis liberis, rectè sic suspendit effectum Patriæ pote-
statis quoad acquisitionem Patri fiendam.

Modo rei in divisione inest. Legitimitas autem tribus potissimum modis fit (1) per oblationem curiæ (2) per Rescriptum Principis (3) per subsequens matrimoniū. Primus Patri jus facit tradere filium Naturalem Curia Civitatis unde Originem habet, aut ejus quæ Principatum totius Provincia tenet, ut filius ita receptus saltem apud Aetna, licet nec dum muneri adhibitus, legitimus fiat *l. 3. princ. §. vers. penult. C. de Nat. Lib. Nov. 89. c. 1.* Fundamentum est in penuriâ Decurionum & exinde nata insufficientia ad onera publica. Rem refero verbis SIMONIS à GROENEVEGEN in *suis abrogatis ad §. ult. de Nupt.* Sciendum est, inquit, Romanos decimam Coloniarum partem consilii publici gratiâ conscribere fuisse solitos qui Decuriones aut Curiales nominabantur à Curia, in quam publica negotia tractandi gratiâ conveniebant. Horum dubia atq; aspera erat conditio, illiq; conditionis Servilis imaginem quandam præ se ferebant, quatenus scilicet à civitate recedere aut relicta curia militare ipsis non erat integrum, sed unusquisq; eorum curia suæ vindicare poterat; Liberam testamenti factionem non habebant, sed maximam bonorum partem curia relinquere erant obstructi donec imperiali beneficio immunitas & vacatio illis porrigebatur. Quare cum multi curialia munera subterfugerent innumeris excogitatis rationibus, ita ut curia in magnum Reip. detrimentum hominum penuriâ collaberentur, Spurious ex incestu natos adeoque & infames in Decurionum ordinem adscribi exegit necessitas. Cum autem illi ordo fuerit Cunctorum honorum Municipalium Seminarium,

narium, ideoq; nec servi nec liberti eò potuerint aspirare: ne Curiales natalium maculâ fordescerent, & ut plures ad Reip. clavum allicerentur statuerunt Impp., ut filii Naturales qui à Patre Civitatis suæ Curia offeruntur eo ipso legitimationis beneficio gauderent s. *ult. de Nupt. l. 3. C. de Nat. Lib. Nov. 89. c. 2. add. ALCIAT. lib. 2. Parerg. c. 26.*

VII.

Illud adnoto iu filiabus quoq; Naturalibus esse locum huic legitimationi, Quantumvis enim offerri curia non possint ut quæ non fungantur muneribus publicis quod est Curialium *l. 2. princ. de R. J.* tamen idem provenit si istæ Curiali elocentur, quia qui ex his nascuntur fiunt Curiales *l. 34. l. 41. C. de Decurion. ad. d. Nov. 89. Et l. 3. in fin. C. de Nat. Lib. BACHOV. ad §. ult. de Nupt. n. 5. in fin.* Hodie hic modus unâ cum necessitate Curialium cessat juxta communem PETRUS GUEDELINUS *de jur. Noviss. lib. 1. c. 16.* Nec subsistit in eâ specie, si liberi ad servitium Principi sint traditi; quod voluit GL. *ad §. ult. de Nupt.*, sed refutat rectè HUGO DONEL. *lib. 2. c. 21. in med.* ex quo in his nulla conditio talis est quæ beneficium mereatur, neq; in necessitate munerum subeundorum, neq; in perpetuitate ejus conditionis, neq; in bonorum successione: Ut deficiente causa beneficii ipsum met deficiat *add. Dn. BRANDMTLLER Disp. 4. ad Instit. §. 13. fol. 501.* quod eò magis per imperium verum est, postquam Principes nostri legitimandi potestatem nullam habent, quæ vulgò Reservatis Impp. adnumeratur SIXTINUS *de Regal. lib. 1. c. 2. n. 30.* Bocerus *c. 2. n. 12.*

VIII.

Secundum modum quo per Rescriptum Principis legitimi fiebant latius descripsit Imperator in *Nov. 74. c. 1. 2. Nov. 89. c. 9.* Summa eorum est (1) ut Pater non habeat liberos alios legitimos: Cum enim sunt liberi legitimi & naturales simul, naturales non possunt per Rescriptum Principis legitimari in reliquorum detrimentum *d. Nov. 89. c. 9.* (2) ut non possit matrimonium contrahere cum concubinâ quod tamen voluerit & paraverit. (3) ut naturales liberi sint ex liberâ procreati. §. *ult. de Nuptiis.* HUGO DONELL. *d. l. GREGOR. BICC. in Aur. Sect. 1. d. 21.* Præterea & ipsi liberi si Pater eorum præmoriatur possunt per Rescriptum Principis legitimari, si Principi offerant preces, & ostendant ex Patris testamento Patrem voluisse eos legitimari *Nov. 89. c. 10.* Sed an ad effectum plenæ successions? dubito *vid. Zoëf. ad ff. b. n. 10.*

IX.

Hodie etiam Princeps ex plenitudine potestatis legitimare posse creditur etiam si Pater legitimos liberos habeat, aut matrimonium inire possit: Si tamen id Rescripto nominatim inferat. *MTNSING. l. 1 Obs. 31. GAIL. lib. 2. Obs. 142. n. 3. 7. § 9. TAPIA ad Rubr. de Constitut. Princip. c. 5. n. 44. PEREZ ad C. de Nat. Lib. n. 12. HENRIC. ZOES. ad tit. C. de suis & legit. qv. 12. dum quæsierat, an non liceat Principi naturales admittere ad successionem in præjudicium aliorum? Resp. Non licere Principi, ne quidem jus in spe alteri quæsitum tollere multo minus jus in re: Cum Princeps ita non sit solutus legibus ut alteri suum auferat,*

B

& de

& de rebus alterius pro lubitu suo disponat, quod est contra jus Gentium cui Princeps est subjectus. Nisi tamen causa publica aliud syadeat, quæ privata est posterior, & facit in particulari cessare rationem naturalem; ut tamen citatio eorum ad quos res spectat fiat. Nam quando juri aliorum derogat Princeps solet adijcere clausulam ex certa scientiâ, cui præmittenda cognitio causæ, ad quam requiritur citatio eorum quorum interest *fol. 629.* Sed præter isthæc ex concessionibus Divorum Principum Comites qui sunt palatini identidem legitimant per cohortes liberos illegitimè natos, etiam existentibus liberis aliis legitimis: etiam spurios; & utinam saltem non incestuosos: quod secta temporum anteriorum non ferebat. Et impingit ferè in verecundiam omnem naturalis & civilis honestatis *conf. TIB. DECIAN. conf. 91. vol. 2. PETRUM à DUEN. in Fallentiis Reg. 419. Sed approbat latè cum communij THUSCUS Conclus. 222. & conclus. 219. n. 28.*

X.

Tandem per subsequens Matrimonium legitimatio fit plenaria & quidem dotalibus seu nuptialibus in id compositis instrumentis *diserto text. §. ult. b. l. 10. C. de Nat. Lib.* quæ ipsa hîc sunt de essentiâ. *Optimè Dn. LOCAMER. qu. 30.* Per se quidem Nuptiæ veræ sine dote & instrumentis dotalibus esse possunt & liberi ex iis nati nihilominus legitimi fiunt, sed ut liberi ante Nuptias suscepti per subsequentes nuptias legitimantur de Jure Justin: instrumenta dotalia requiruntur, quasi magis per hæc quam per ipsas nuptias ejusmodi legitimatio fiat. Puta ex voluntate legis **expressâ**

expressâ, quæ sola disponit de Jure Civium Rom. Et animadvertenter hoc tandem *BACHOV. Comment. ad Instit. hic N. 7. scribit*: De Jure Civili requiri necessario communior est opinio, à quâ pauci recesserunt quos ego ad *TREUTL. part. 1. disp. 2.* in caute & imprudenter secutus sum, quam meam sententiam retracto & improbo. Raro sanè ad ingenium Bachovianum exemplo!

XI.

De Jure Justinian. hanc saltem feci necessitatem: Postquam de Jure Canon. constat ad essentiam legitimisationis necessaria non esse dotalia instrumenta, sed sufficit superveniens matrimonium, quod sic satis probari credit P. per proclamationem nubentium & copulationem publicam *c. tant a 6. qvi filii sint legitimi.* Utrum melior sollicitum nunc non habet: qui sciam Canones non rarò deturpasse elegantissimam faciem Justinianæ subtilitatis, Exemplo possem uti *c. Rainutius 16. & c. Raynald. 18. extr. de Testament. nisi in hac ipsâ matrimoniorum schesi occurreret c. penult. & ult. extr. de Rapt. Incend. &c. quod nuptias inter raptorem & raptam approbat, quod severo eoque optimo maximo exemplo cassaverant Imp. in L. 1. C. de Rapt. Virg. & Nov. 143. Necdum de ineptiis Computationis hic Canonica verbum faciam. Pudet enim rei!*

XII.

Ceterum matrimonium etiam in ultimo mortis articulo contractum hic validum est, *COVARRUV. tr. de Sponsal. part. 2. §. 2. c. 8. n. 2. HENRIC. ZOES. ad ff. lib. 25. Tit. 7. n. 12.*

8
Addit TREUTL. etiam interveniente matrimonio medio
Vol. 2. disp. 16. th. 2. FORST. lib. 2. de Success. fol. 171. seqq. Dn.
BRUNNEMAN ad l. 21. ff. Qui & a quibus manum. lib. non sunt
n. 2. fol. 344. Addo quod per subsequens matrimonium
Avi etiam legitimantur nepotes ex filio naturali pramortuo,
modo illi Patri suo fuerint legitimi arg. §. ult. de Nupt. §. 2.
Instit. de hered. qual. & diff. §. 6. de hered. qua ab Intest. 1. l. 22. ff. de V. S. l. 59. de R. N. add. FAZINÆUM
lib. 3. Controv. c. 56. ZUES. ad ff. de Concup. n. 8.

XIII.

His itaq; modis omnibus legitimi efficiuntur liberi & in potestate, qui antea erant destituti in lege cujus reprehensionem passim incurrunt naturales ut l. 7. C. de Nat. lib. Nov. 89. c. 1. ult. in fin. C. d. t. Hodiè etiam spurii quod supra not. & addeffis Dn. MEVIUM ad jus Lubec. lib. 2. fol. 49. Sicut in publicis rebus æquiparentur jam legitime natis per modum retractionis ad nativitatis principium: Cui per omnia restituuntur, simul ac ad honores, jura familiae & c. admittuntur. THUSCUS Conclus. 216. per latissima exempla. In jure autem privatorum nondum gaudent omnes æquali jure, qui enim per oblationem Curiae aut Rescriptum Principis legitimantur, hi tantum fiunt legitimi Parenti suo non etiam agnatis & cognatis Parentis. Qui verò per subsequens matrimonium per omnia fiunt legitimi ut etiam sui heredes fiant & consanguinitatis & agnationis jura nanciscantur. BICC. Sect. 1. Aur. §. 20. per multos text. iuris. Et est clarissima res in jure succedendi ab intestato, quo hi ultimi fruuntur plene: Cateri saltem quoad successione Parentum suorum §. 2. Instit. de heredit. qua ab Intest.

HIERON.

HIERON. TREUTL. *vol. 2. Diss 16. lb. 2.* Aut si mavis succedunt etiam agnatis saltem non dissentientibus super legitimatione VALENT. FORSTER *de Success. lib 6 c. 37. n. 36 per l. 9. princ. c. de Nat. Lib. & Nov 89. c. 4.* Cum in legitimitatis per subsequens matrimonium hic respectus (*dissensus aut consensus*) planè cessat; Quomodo lego ea quæ scripserunt BOGER. *de Regal. c. 2. n. 83. seqq.* CARPZ. *part. 2. Constit. 6. defn. 16.* BRANDMYLLER *ad Instit. Disp. 4. lb. 15. fol. 514. add. omnino BESOLDUM in delib. lib. 1. Tit. de Legitimatione pag. 70 seqq.*

XIV.

In Feudalibus eandem rationem sequuntur Dd. ut legitimatos per subsequens matrimonium nunc admittant ad successionem in Feudis SCHRADER. *tr. Feud. part. 2. c. 5. n. 21.* HARTM. PISTOR. *lib. 2. qv. 41. n. 1.* Saltim ex observantiâ de quâ testantur MTNSING. *Cent. V. Ob. 42.* & GAIL. *lib. 2. Obs. 141. n. 2.* Si quidem diversum apparet in libro Feudorum 2. *Feud. 26. §. naturales.* FRANZKIUS *lib. 3. variar. resolut. 1. n. 202.* De cætero naturales nostri qui non sunt legitimati ad successionem Patris ab intestato non admittuntur extantibus justis liberis aut justâ conjuge: in testamento autem non nisi unciâ cum matre dividenda honorantur. Non existentibus legitimis nec conjuge legitimâ tota substantiâ iis relinqui potest salvâ Parentibus suâ legitimâ § 3. *de inoff. testam.* ab Intestato vero in hoc casu à lege tributus est eis sextans bonorum unâ cum matre dividendus l. 2. *C. de Nat. Lib. Nov. 89. c. 1.* HENR. ZOES. *ad C. de Nat. Lib. in princ. & de suis & legitim. qv. 10.*

XV.

XV.

Insuper olim legitimatio contingebat ex Lege Anastasii, ut aliis justis liberis non extantibus naturales adrogarentur *l. 6. C. de Nat. Lib.* Satis consonanter ad cetera adoptionum jura HUGO DONEL. *d. c. 21.* Sed Justinianus tamen hanc facultatem adrogandi ut turpem & libidinum plenam ademit Patribus abrogatâ Anastasianâ lege *in l. 7. C. eod. Nov. 74. c. 3. Nov. 89. c. 11. § 2.* Puto saltim quoad hunc effectum reducendi sub patriam potestatem cum RITTERSHUSIO *ad Nov. part. 4. c. 12. n. 11. add. BACHOV. ad §. ult. de Nuptiis n. 9.* Addunt alii nominationē filii in testamento aliove instrumento habente subscriptionem trium testium à Patre factam *Nov. 117. c. 2. PETRUS GUEDELING de jure Noviss. c. 16.* Sed ea probatio potius est matrimonii & præsumtio pro liberis, non quod facti, sed quod nati sint legitimi: quàm proprius modus legitimandi ARNOLD. VINN. *ad princ. §. 13. de Nupt.* BACHOV. *ibid. n. 9. conf. Dn. BRANDMTLLER disput. 4. ad Instit. tb 13.* ubi concludit: Nemo efficere potest testamento suo ut Liberi Naturales tantùm fiant legitimi. Nemo idem efficere potest per contractum *pag. 501.*

XVI.

Legitimationi affinis est Dispensatio, quæ tollitur tantum defectus natalium secundum quid, vel in certo casu; vel ut si quis legitimetur ad honores vel dignitates, vel ad successiones (habilitationem ad succedendum appellant) non obstante defectu natalium. Et tunc in casu dispensationis pro vero legitimo habetur ultra quem non fit extensio *GAIL. libr. 2. Obs. 142. n. 17.* Ideoq; ut odiosa & stri-
cti

270.

Si juris citationem agnatorum requirit *GAIL. 16. n. 16. ubi addit*, Ex dispensatione legitimatum tantum in quid consequi Jura legitimorum; Ut non succedat nisi in certâ portione extantibus legitimis & naturalibus fin ul (quod explicavi possit. XIV.) c. *J. A. ad Tit. Si tabul. testam. nulla extab. Ex quo sic enucleavit BICC. lib. 25. Tit. 7. lb. 14. adde THUSCUM totâ Conclus. 220. legitimatio & dispensatio differunt & 6. DECIAN. Conf. 264. & 288. vol. 2.*

XVII.

Inter Contraria quæro (1) An obtenta legitimatio sub falsâ causâ aut modo vitietur e. g. habens liberos dixit se habere nullos? *Aff. Veteres ut est apud THUSCUM Conclus. 235. 236. Sed rectius negatur ad exemplum §. 6. Instit. Qui & ex quib. caus. manumitt. non poss. & l. 9. § 1 ff. de manumiss. vind.* Et legitimatorem proli sustineri opinione coloratâ scripsit *KLOK vol. 3. c. 106. n. 75.* (2) an sic saltim rescindatur super venientibus liberis? Quod nego: quia semel legitimati nunquam desinunt esse tales *BOCER. Class. 1. disput. 10. lb. ult. Idemq. de Regal. c. 2. n. 70. seqq. GAIL. 2. Obs. 143. n. 5.* & legitimatorem tantum favor celsat ubi de præjudicio tertii agitur. (3) Legitimatio non citato nec audito eo de cujus interese principaliter agitur viribus caret *KLOCK vol. 3. Conf. 143. n. 15.* In Summa Legitimatio vera & plena ex Causâ Efficiente, Materiali, Formali & Finali dignoscitur. TANTUM.

SUPPLE-

SUPPLEMENTA PAGINARUM.

I. Legitimatio per Rescriptum extantibus liberis legitimis tū demum salvā legitimā præjudicat si vel Pater hoc expressè voluerit & à Principe impetraverit, vel mortuo Patre Princeps id peculiariter concesserit *Dn. STRUV. ad Pand. de his qui sui vel alien. jur. sunt.*

II. Legitimitas per subsequens matrimonium potest dari testimonium natalium (*B. b. urisbr. t. eff.*) quod ex legitimo thoro & Parentibus honestis nati fuerint, von ehrlichen frommen Eltern und auß einem rechten Ehebette ehrlichen unbesleckten ungetadelten herkommen und gebohren *HARTM. PISTOR. lib. 2. qv. 41. n. 15. & 33. CARPZ. part. 2. Constit. 6. defin. 15.*

III. Legitimitas per subsequens matrimonium in Collegium Opificum recipi debet: quia subsequens matrimonium purgat vitia omnia *c. tanta ubi GL. extr. qui filii sint legit. sac. Nov. 12. in princ. HARTM. PISTOR. lib. 1. qv. 30. CARPZ. part. 2. Constit. 6. defin. 12.*

IV. Testamentum Patris per subsequens legitimationem rumpitur *ANTON. THESSAUR. decis. 94.*

V. Infantes expositi (*Sindelkinder*) quales in dubio præsumantur, nothi an legitimi? *Vide. later extr. qui filii sint legit. MASCARD. Conclus. 799. PALÆOTUS. de Not. h. & spur. c. 63.*

VI. Novimus nihil esse furore amoris vehementius, quæm retinere Philosophiæ est perfectæ, moventis etiam & insipientem atq; inhærentem concupiscentiam refrenantis; ut ii qui hoc tali detinentur si abstineant sermone ad eas quæ amant, quæ eis non per blandimenta conferunt?

Nov. 74. c. 4.



05 A 22221

ULB Halle
003 783 790

3




VD77

041







Farbkarte #13

B.I.G.

265.

B. V.

LEGITI-

ONUM

AGENTIA

ORUM ORDINIS

SIDE

HENR. HÖLTICH,

ET ADVOCATO

TORIALI

Assioni sistit

R-RESP.

US HORNIG,

ILESIIUS.

IST. M. DC. LXXII.



BERGÆ,

ELIS METERI.

